

*Nyse*, est Sal Hammoniacum. Germ. *Salmiar.* \*. vid. Sal armoniacum.  
*Nyx*, idem est quod Nox. Germ. *Die Nacht.* vid. Nox. *Lex. Brun.*  
*Nyxis*, idem est quod Punctura, vid. Nygma. *Lex. Brun.*

## O.



Simplex, Chymicis denotat Alumen, & Nox, ac Oleum coctum, imposito Circulo majori, nimirum, ⊖. Albumen Ovi, & Circulo minori ⊖ Oleum destillatum, seu Oleum Tartari denotat, affixa litera F. ut OF, Alumen fæcum, & litera C. ut OC, Alumen catinum significat. ⊖ si in superficie semi Lunula imposta nimirum ⊖, Aquam vitæ & Taurum denotat. Si Linea per totum, ut ⚡ Massam significat. Verum si triplex, fuerit, in basi nempe duo, & in superficie unum, sic ☽, Oleum significat. Si Diamentum habeat, à dextris ad sinistrum latus, nempe ⊕, Sal denotat; verum à superficie ad infimam partem, nempe ⊖, Nitrum erit, in superficie, si aderit Crux, nempe ♫, Antimonium est, sed in infima parte nempe ♀, Cuprum significabit, in superficie semi Lunula recumbens dorso, & in infima parte Crux, nempe ♪, Mercurii erit signum, è Vertice, ad Basin linea, & à dextris Crux, nempe ⊕ Vitriolum denotat, si Crux in medio per totum, nempe ⊕, viride Æris significat, & si hoc Signum, quatuor Punctis in medio Spatii signatum, nempe ⊕ Amalgama denotat, & si in dextris vacui Triangulus adest, nempe ⊖, Argentum significat, & si sagitta per totum nempe ⚡ Argentum pictorum significat, si habet transversim telum, nempe ⚡, Mars, Ferrum sive Chalybs est, si in superficie adest duplex Crux, nempe ♫, Pulverem denotat, in medio Punctum, nimirum ⊖, Aurum sive Sol est, si litera V imposta est, ut ☽ Vinum circulatum significat, impositis tribus Punctis, ut ☽. Vinum mortuum est, in Circulo tria Puncta, nempe ☽, Caput Mortuum denotat, quatuor Puncta nimirum ☽, Calx denotat, item si tres Circuli invicem adhærent, ☽, Calx est &c. ut Characteres demonstrabunt.

*Oa & Oon*, i.e. Ova & Ovum. Germ. *Eier.* *Matth. Sylvat.*

*Oabelcata*, est Cucurbita. Germ. *Ein Korb.*

*Obac, Raal*, est Hammoniacum \*. Germ. *Salmiac* / vid. Sal armoniacum.

*Obalsimon*, i.e. Gummi Hederæ. Germ. *Epheu-Gumimi.*

*Obelchera, Obelkara, Onbelcora*, est Cucurbita. *Mart. Rul.* & *Johns.*

*Oblate laxati-væ & purgantes*, fiunt ex Farina cum Saccharo, & Speciebus purgantibus. Germ. *Purgierende Oblaten* / oder *Hüpen.*

*Obulus*, est nomen Ponderis, & est dimidium Scrupuli ȝȝ. & pendet Grana decem. Est sexta Pars Drachmæ Atticæ, continens octo æreos, sive æreola sex, tres Obuli faciunt Drachmam dimidiā. *Galen.* de Pond. & Mens. cap. 3. lib. 6. Sign. □, est Scrup. unus ȝj. seu Grana xx. F, T. sunt Scrup. duo ȝij. seu Grana xl. E, L. sunt Scrup. duo cum dimidio ȝiij. sive Grana L. ȝ, V. sunt Grana v. C, ♫, X. est Scrup. semis Grana x. sexta Pars Drachmæ. ȝȝ.

*Obretica & Obreptica*, sunt Medicamenta, quæ Fastidium tollunt. Germ. *Den Eckel stillende Mittel.* *Galen.*

*Obrizum*, est Aurum purum, in Spadiceum Colorem arte calcinatum & pulverisatum. *Dorn. Mart. Rul.* & *Johns.*

*Obsidianum*, nomen Vitri, vel Lapidis fusorii, qui & Smaltum vel Schmalzthum dicitur, de quo vide plura apud *Plin. Libav.* & *Chioce.* translatum etiam ad Vitrum Antimonii, *Libav.*

*Obsona*, sunt quæcunq; Cibaria, quæ cum Panè eduntur. *Sylvat.*

*Obstru-*

*Obstruens*, epitheton Medicamentorum, quæ meatus & ora Vasa cum occidunt, & sensibiles excretiones prohibent; quorum Natura est crassarum partium, terrea, & expers acrimoniae. *Gorreas.*

*Obstupefaciens*, vid. Narcotica. *Lex. Brun.*

*Obturatio*, idem est quod Obstructio. *Obturatoria*, vocantur illæ Materiæ, quibus Vasa Chymica, vel pharmaceutica, obturantur vel incrustantur. *Libav. Tom. II.*

*Ocab*, i. e. Sal armoniacum.  $\Theta$  \*cum. Germ. *Armenisch Salsz.*

*Occasus*, Spagyrici quoque in Magisterio Lapidis Philosophici transtulerunt ad nigredinem, quæ est signum Putrefactionis & Solutionis secretæ, quam vocant Occasum Solis, & Initium Artis. *Libav. Tom. II. Oper. pag. 414.*

*Occidens*, propriè dicitur de Loco, ubi Sol occidit, & sese sub Terram abscondit, visui nostro subducens. Tropicè Chymicis dicitur Occidens Aetum  $\oplus$ . Germ. *Essig.* Occidens Stella est Sal armoniacus \*. Germ. *Salmiæ.* Occidens, Mercurius  $\wp$ , Saturnus  $\natural$ , Hermaphroditus. Germ. *Raben-Ropff.* Aqua viva, viscosa. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Occifio*, Spiritus Mundi, sive Aqua viva, & in Sal naturæ Conversio, est secretum Calcinationis Sapientum. *Th. Chym. Vol. vij. pag. 186.*

*Occultum Scientiæ*, est apud Chymicos  $\Theta$  tum vivum.

*Ochema*, est Liquor, seu Vehiculum aliquod, quo Medicamenta miscentur & insumentur. vid. *Vehiculum.*

*Ochra*, Terræ species est colore luteo, à quo nomen habet. Duplex habetur: Nativa, sive Fossilis. Ochra nativa, Ochra, Luteum montanum. Germ. *Ocher/Berg-Geel/Silber Geel.* Olim ex Attica, hodièq; ex Dacia & Hungaria advehitur: altera Factitia, Ochra factitia, Ochra plumbaria, Cerussa Citrina. Germ. *Bleij-geel*/quæ ex Plumbo adusto fit,  $\oplus$ to extincto, Pictoribus magis usitata. Ochræ Histor. & Usus vid. *Dioscorid. Mart. Rul. Johnson. Schröed. Libav. &c.*

*Ochros*, Colorem significat luteum, pallidum, nempe ex candido & flavo permixtum, tanto candidiorem flavo, quanto flavum rubro. *Galen. cap. 2. de R. V. I. A. t. 22.* Penultimâ circumflexâ notat Leguminis genus, Lat. *Ervilia*, aut *Cicera* dictum. *Gorreas, Jul. Alex. Com. in lib. i. de Al. fac. cap. 25.*

*Ocob, Ocab, Ocop, Obac*, est Sal armoniacum \*. *Mart. Rul. & Johnſ.*

*Ocularis*, sic Ocularia Medicamenta, lib. 4. de C. M. S. L. cap. 4.

*Ocularis*, seu *Ophthalmica Herba*, vid. *Euphrasia*, Germ. *Augen-Trost.*

*Oculi Cancrorum*, Germ. *Krebs-Augen/oder Krebs-Stein.* vid. *Lapides Cancerorum.*

*Oculi*, inter Vegetabilia sunt Florum prædromi, indeq; Flores explicabiles & etiam Gemmæ dicuntur, ut Oculi seu Gemmæ Populi &c.

*Oculi*, seu *Linguæ Serpentum.* Reperiuntur Lrides, Oculis & Linguis Serpentum similes, in Insula Maltha seu Melita, Oculi sunt Coloris lutei, Linguæ verò sunt fuscæ & cinericeæ, & ubertim in tota Insula inveniuntur.

*Oculus Araneæ*, i. e. Tela Araneæ. Germ. *Spinnnivebe.*

*Oculus Auri & Argenti*, apud Chymicos est  $\Theta$  tum vivum. Germ. *Quedssilber.*  $\wp$ .

*Oculus Bovis*, Buphtalmum, Germ. *Rinds-Augen.* vid. *Herbas.*

*Oculus Leporis, Avaricia, Sanamunda.* vid. *Rad. Caryophylli.* Germ. *Benedicten-Wurzel.*

*Oculus Sambuci*, est Sambuci Locusta. Germ. *Holder-Sprößlein.*

*Oculus Solis*, vid. *Matricaria.* Germ. *Metern.*

*Oculus Solis Fuchsii*, est Cotula foetida. Germ. *Stinkende Chamissen.*

*Ocymastrum*, est Scrophularia, vid. *Radices Scrophulariæ.*

*Ocymum*, est Basilicum. Germ. *Basilien-Kraut.* vid. *Herbas.*

*Odme*, idem est quod Odor. Germ. *Der Geruch.* dicitur Qualitas illa sensibilis, quæ ab alio corpore emanans Naribus percipitur. vid. *Gal. Cbiocc*

**Mus.** Libav. Alch. Pharm. Odor, quandoque ipsam Rem odoratam, vel Aroma notat Rhod.

**Odontalgica**, sunt Medicamenta Dentium dolores sedantia.

**Odontica**, sunt Medicamenta, quæ adversus dolores Dentium adhibentur. Germ.

Zahn Schmerzen stillende Mittel. *Lex. Bl.*

**Odontotrimma**, idem est quod Dentifricium. *Lex. Brun.*

**Odor**, Germ. Der Geruch. vid. Odme.

**Odorabilis**, dicitur de omni re, quæ exhalationes emittere potest, vel suaveolentes, vel male olentes. *Galen. lib. I. Cap. 6.*

**Odoramentum**, idem est, quod Res odorata. In Pharmacevticis describitur, quod sit Medicamentum tam simplex, quam compositum, quod citra accensionem suo odore spiritus alterare aut reficere potest. *Weck. Antid. Gen.* Odoramentum, est Medicamentum odoris gratia adhibendum, componitur aliquando ex Ladano, Benzoin, styrace, Moscho, Zibetho, aliisq; Aromatibus &c. Germ. Guter Geruch. *Lex. Br.*

**Odorifera**, sunt Medicamenta, quæ per suum odorem bonum aut foetidum, Sanitatem inducunt, & morbos expellunt.

**Oegi**, i. e. Acorus. Germ. Calmus. *Sylv.*

**Oenanthonarion**, epitheton Unguenti alicujus, ob Conditaram, quæ odoris & deliciarum gratia additur ex Vino & Flore Liliorum parati. *Gorresius.* Duæ Oenanthariorum formulae habentur apud *Eginetam lib. 7. cap. 21.*

**Oenanthe**, *Philipendula*, & *Filipendula* & *Saxifraga rubea*, vid. Rad. Filipendulae. Germ. Rothe Steinbrech-Wurzel.

**Oenarea**, epitheton Cineris, qui paratur ex Sarmentis, vel Pampinis Vitis, quæ vocantur Oenara vel Oenarides, *Hipp. lib. 2.* Germ. Weintreben. Asche.

**Oenas**, Lat. Vinago, dicitur Species Columbae montanae, cuius Historiam & usum tradidit *Aldrov. lib. 15. Ornithol. cap. 7.*

**Oeneleon**, dicitur Mistura, Vino & Oleo constans, cuius meminit *Galen. lib. I. de C. M. S. L. cap. 8. &c.*

**Oenodes**, *Vinosus*, epitheton Vini generosi, quod multam admittit & mistio- nem. vid. *Galen. Castellus & Linden.* Germ. Ein starker Wein/der viel Was- ser leidet.

**Oenogala**, Lactis & Vini aa. partes æquales, vel dicitur Potonis genus, quod ex Lacte & Vino mixtis parabatur, cuius meminit *Hippocr. lib. 7. Epit. XL. 17.* Quidam intelligunt per Oenogalam Vinum Lactei teporis, sive tepidum, veluti Lac, quæ versio etiam à Lindenio retenta fuit.

**Oenogaron**, est Garum Vino mistum, Garum vinosum, apud *Aetium.*

**Oenoides**, est Vinum dilutum, aut Latex, Vino analogus. *Lex. Bl.*

**Oenoleum**, est Vini & Olei admixtio. Germ. Gedöster Wein. *Lex. Bl.*

**Oenolithus**, est Tartarus. Germ. Weinstein. vid. Tartarum.

**Oenomel**, est Mel vinosum, sive Mulsum vinosum, vel Mulsum, cui ingredi- tur Vinum. Nihilq; aliud est, quām Vinum melle conditum, deliciis ma- gis, quam sanitati destinatum. *Dioscorid.*

**Oenopola**, qui Vina vendit, cuius meminit *Linden. d. L. §. 61. Germ. Ein Weinhändler.*

**Oenopos**, epitheton Coloris, q. *Vinosus*, qualis est Uvarum maturans, cum ex rubro nigricant & splendent, aut in purpuram & nigrum transitus sit. Meminit *Hippocr. lib. 7. Epid. III. 22. & Lib. de Nat. Mul. lib. 6. L. 2. de Morb. Mulierum. IV. 6. Jung. Foes. d. 1. &c.*

**Oenos**, propriè dicitur Vinum, hoc est Succus Uvarum maturarum per Expressionem collectus, per Fermentationem depuratus à fæcibus, atque in doliis vi proprii & nativi caloris perfectè coctus. De eius natura differentiis, virtutibus & noxa passim Veteres & Recensiores benè multæ scripsierunt. vid. *Hippocrat. lib. 2. Galenus, Foesius, Moreus, Willis, Sebenderus lib. 2. cap. 63.* Per quandam similitudinem alii quoque Succin

Succi officinales expressi & depurati Vina dicuntur, v. gr. Cydoniorum, Granatorum, Citri &c. Idem d. l. cap. 82. Nonnulli quoq; Spiritus è Vino parati appellantur Vina, ut Vinum alcalisatum, circulatum &c. Libav. S. A. Ch. lib. 8. cap. 25. Vinum correctum est Alcool Vini. Vinum affatum est, quod Herbarum vires attraxit, vel aliorum, quibus affusum fuit. Dorn. Mart. Ruland. & Johns.

Oestrus, propriè dicitur Infectum notissimum, Tabanus Veteribus quoque dictum, aculeo duriori in ore armatum, quam cæteræ Muscæ. vid. Aldrov. lib. 3. cap. 4.

Oesopus, vulgo Hyssopus humida dicta, seu succidarum Lanarum Pinguedo, Plin. Lana succida, Vellus succidum, Mart. Ovidius, Oesypum expōnit Succum ab immundo Ovis vellere demptum. Plin. libro 29. Sordes sudoremq; Lanis Ovium adhærentem. Versantur itaque non pauci in errore, qui Oesypum interpretantur pro Scybalis & Stercoris pilulis ovi- um lanæ inhærentibus; cum Plinius eodem in loco nomine alio eas do- net, videlicet Sordes caudarum in Pilulas contretas appellans. Germ. Fette/unflätige/ und schmutzige Wolle am Schaff.

Oesypus, & Oesypum & Isopus. Germ. Schmutzige Schaffs-Wolle.

Offa, est Massa vel Maza, vid. Massa. Germ. Ein Taig.

Offic. ita à Medicis præscriptum, seu aliàs notatum, legendum est Officinalis, Officinale, Officinalia seu Officinalium &c.

Officina, generaliter omnem Locum significat, ubi aliquid præparatur & elab- oratur. Medicis est alia Pharmaceutica, in qua Galenica & alia Medi- camenta præparantur, alia est Chymica, in qua Essentiæ vel Tincturæ, ex Animalibus, Mineralibus & Vegetabilibus, in forma varia extrahun- tur, dicitur vulgo Laboratorium, à Laborando, vide Laboratorium. Et alia vel tertia est Chirurgica, in qua res ad Chirurgiam pertinentes traçtantur. Germ. Eine Werkstatt / Werk-Laden. Lex. Brun.

Officium, vocatur id, quod alicui agendum incumbit. Ita Officium hominis est, omni modo, arte, operâ, facultatibus, devincere hominum inter homi- nes societatem &c. Lex. Brun.

Offion, idem quod Opium. Eph. N. Cur. A. II. Obs. LXIX.

Offionicos, i. e. Lacerta. Germ. Eide. Matth. Sylvat. p. 158.

Offri, est Gummi Hederæ. Germ. Epheu:Gummi.

Oger, Ogertinum, Paracels. idem quod Ochra, pastim in scriptis.

Ois, Latinà Ovis, est Animal quadrupes, lanosum, mansuetum, Lupo inimi- cum, cuius mas Aries, castratus Vervex, Fœmina strictè Ovis, Pullus A- gnus vocatur. vid Aldrov. de Quadrupedibus. Germ. Ein Schaff.

Oizatum, Oizezatum, i. e. Anisum. Germ. Anis. Steph.

Ol. ita à Medicis præscriptum, vel aliàs notatum, legendum est Oleum.

Olaib, i. e. Silex. Germ. Rießel-Stein. Sylvat.

Olea, mendose pro Holca, vel Golce, id est Drachma, vid. Holce.

Olea, sunt Liquores unctuosi, inflammabiles leves, vel acidi vel salini.

Olea, per Coctionem & Infusionem paranda, Olea hæc tam simplicia quam composita Officinalis usitatissima sunt. Præparantur incisa & contusa In- gredientia per Infusionem in Oleo Olivarum, & aliquando per additio- nem alicujus Liquoris convenientis, vae vel Vini, per insolationem vel lenem coctionem ad humiditatis consumptionem.

Olea destillata, quædam per Infusionem & per superiora destillantur, quæ- dam per inferiora nimirum per Retortam, nempè per descensum de- stillantur.

*Olea destillata*, rectificantur si miscentur cum  $\square$  li, vel Sale Tartari, vel alio quodam Sale per Retortam, vel Alembicum humilem in Cineribus, vel in Arena.

*Olea destillata*, quæ per Retortam ex Mineralibus destillantur, & Acida sunt, Ol.  $\frac{1}{2}$  ris. Ol.  $\frac{1}{2}$  li &c.

*Olea soluta*, fiunt per Calcinationem & Liquefactionem in Cella frigida & humida, in qua, in sacculo suspensa, per Solutionem, destillant in Vas superpositum, ut Ol. Tartari, Ol. seu Liquor nitri fixi, &c.

*Olea tria stomachica*, sunt Ol. Absinthii, Cydoneorum & Mastichinum,

*Oleaginosus*, dicitur de eo, quod Pinguedinem instar Olei in se continet, ut sunt Amygdalæ, nuces, Sem Papaveris & alia quædam Semina hujusmodi oleaginosa. Cerebrum gravare, docet Rolfink. O. & M. M. S. Lib. 14. Sect. I. Cap. 23.

*Oleamen*, *Oleamentum*, dicitur in genere omne Linimentum mollius ex Oleis paratum. Scribon. n. 222.

*Oleaster*, est *Olea sylvestris*, Germ. Wilder Delbaum.

*Oleitas*, idem quod Pinguedo, *Oleitas Rerum* in omnibus earum  $\frac{1}{2}$  est. Dorn. in Lexic. Mart. Rul. & Johns. dicitur & alias Olivitas: cujus tres species recensentur pro conditione triplici Olivarum, apud C. Hoffm. lib. 5. V. L. Cap. 3.

*Oleosus*, idem quod *Oleaginosus*, Pinguis, Gal. 6. Meth. Med. c. 6.

*Oleum*, vide Elæon, quibus addi possunt, quæ de Oleis Chymicis prolixè tradit Libav. S. A. Ch. lib. 8. cap. 17. & Alch. Pharm. c. 29. etiam in Theatr. Chym. Indicibus. Oleum ex Laete dicitur Butyrum Græcis, Teste Linden. Ex. XVI. §. 119. Oleum est Pinguedo quædam fluida, ex Fructibus aut Seminibus expressa, uti est Oleum Amygdalarum, Olivarum, de Palma Raparum &c. vel est destillatum ex rebus pinguisibus, uti ex Cinamomi Corticibus, Caryophyllis, Anisi Semine &c. vel est destillatum, ut Oleum Castorei, Chomomillæ, Jasmini, &c.

*Oleum abieginum*, est Resina liquida, seu Lachryma Abietis. Germ. Tannen-Harß.

*Oleum acerbum*, vid: Ol. crudum. Germ. Unzeitiges Baum-Oel.

*Oleum album*, est Oleum multoties lotum. Sylvat.

*Oleum*, aliquando sumitur pro Igne, uti à van Helmont. Mart. Rul. & Johns.

*Oleum Aloeticum*,  $\frac{1}{2}$ . Alöe hepat:  $\frac{1}{2}$ . Myrrhæ  $\frac{1}{2}$ . Thuris  $\frac{1}{2}$ . M. destill. per Retort. in  $\frac{1}{2}$  na lento  $\Delta$ e. Umbilico illatum purgat.

*Oleum Antimonii*, Germ. Spiegglas: Dehl. vid. Butyrum Antimonii.

*Oleum Aranearum*, præparatur per Infusionem, ut Oleum Scorpionum.

*Oleum ardens*, est Oleum Tartari ad summum gradum correctum. Germ. Corrigit Weinstein. Oel. Mart. Rul. & Johns.

*Oleum Arsenici*, fit ex Arsenico fixo, vel ex Butyro Arsenici, secundum artem per deliquium.

*Oleum ex affatione*, fit per siccum Flammam, cum res per se absq; ullo mensuero  $\Delta$ neo, calori adhibita Oleum accedit: quod colligetur quovis modo: & fit dupliciter, affatione & combustionē.

*Oleum Been*, *Oleum Balanium*, *Oleum Glandis unguentaria*. Germ. Been: Dehl/ ex primitur ex Nucleis Been.

*Oleum cabrinum*, i. e. ex Cancris. Sylvat.

*Oleum Cycinum*, i. e. de Cataputia majori, vel de Sisamo sylvestri. Galen.

*Oleum Colcotbarinum*, est Oleum è Vitriolo ruheum. Germ. Das rothe Oel aus Bitriol. Mart. Rul. & Johns.

*Oleum commune*, semper sumitur Oleum Olivarum, quod ex Gallia, Hispania, Italia & aliis locis apportatur. Germ. Baum: Dehl. Exprimitur ex fructibus maturis Oleæ. Omphacinum ex immaturis Fructibus expressum est.

Sign.  $\sigma$ ,  $\Delta$ ,  $\square$ ,  $\Pi$ .  
*Oleum Cosmeticum* aliquod.  $\frac{1}{2}$ . Amygd. amar.  $\frac{1}{2}$  iv,  $\frac{1}{2}$  Tart.  $\frac{1}{2}$  ij. Talci  $\frac{1}{2}$  M. f a.

Oleum

Oleum crudum, seu acerbum, est Oleum ex Olivis immaturis expressum. Germ Baum-Oel von unzeitigen Oliven.

Oleum per Elixationem extractum & excoctum est, quod coquendo extrahitur. Mart. Rul. & Johns.

Oleum fixum, est quod è rebus solutis, & ad purum philtratis, per Abstractio-  
nem crebram vni potissimum, ad oleosam consistentiam est redactum.  
Id enim figere appellatur, è diluta & tenui consistentia, Aquositate abstra-  
cta, vel digesta, oleosam & stabilem producere. Ideo autem solvi in  
liquore res necesse est, ut crassis partibus Filtratione segregatis, tenues in  
humorem deponantur, unde per talem Fixionem reducuntur. Praxis  
communis est, ut res solvatur in aliquo liquore, adhibitis macerationibus,  
vel coctionibus, vel deliquio, seu solo seu cum aliis &c. Solutio si quid  
habet fæcum, colatur, quoad satis: poste à affunditur V, digeritur una,  
& abstrahitur iterum, idque repetitur, quoisque oleosa consistentia  
placeat. Mart. Rul. & Johns.

Oleum Gremiale, i. e. de Olivis. Germ. Oliven-Oel.

Oleum Jasmini, præparatur in Gallia & Hispania, per infusionem cum Oleo  
Bæni, vel Oleo Amygdalarum, & Floribus recentibus Jasmini. s. a.

Oleum, id est Δ, destillatur unà cum ∇, & quod in fundo relinquitur, Terra  
est. Mart. Ruland.

Oleum de Kem:st, i. e. Laurinum. Germ. Lorbeer-Oel.

Oleum Laurinum, Germ. Lohrbeer-Oel / vid. Laurinum Oleum.

Oleum Ligni Heraclii Rulandi Patris, à Zacharia Brennelio, adductis rationibus,  
censetur esse Oleum extractum ex Ligno Guajaco, ut apparer in pag. 117.  
& i. t. ejus Libri de Chymia edit: Quercetanus pag. 775 affirmat Oleum  
Ligni Heraclei Mart. Rulandi, quo in suis Centuriis Epilepticos sanitati  
restituisse, & Dentium dolores sedasse, Oleum fuisse extractum destillatio-  
ne ex Ligno Buxi, non Guajaci, ut antea opinabatur. Jobannes Beguinus  
in Tyrocmio suo Chymico, sic scribit: Paratur Oleum Heraclinum, ex  
Corylo dum floret, non aliter, ac Oleum ex ligno Guajaco, & creditur esse  
utilissimum ad præcavendam Epilepsiam, Dentium dolores sopiaendos, &  
Vermes à Corporibus profigandos. pag. 173. Et huic opinioni, major  
pars Medicorum assentire videtur. Quidam etiam o. Lign. Ebeni, Quer-  
cini & Rhodi pro eo utuntur.

Oleum Lineleon, i. e. de Semine Linii. Germ. Lein-Oel.

Oleum Melinum, i.e. de Cydoneis. Germ. Quitten-Oel.

Oleum Metropium, Ol. ex Nucibus Græcis, Ol. Thasium, est Oleum Amygdala-  
rum. Germ. Mandel-Oel. Johnsonus.

Oleum Nucifæ, Nuc. Moschatarum, seu Nucum Aromaticarum, exprimitur ex Nu-  
cibus istis stomachicis optimè contusis, per Saccum linteum fortē s. a.  
in Prelo calefacto. Germ. Musca-Oel.

Oleum Ovorum, exprimitur s. a. ex vitellis Ovorum ad duritiem coctis, & in  
patina ad Oleositatem assatis, per saccum linteum in prelo, seu per pre-  
lum usuale. Germ. Eher-Oel.

Oleum Olivarum, vid. Oleum commune.

Oleum Olivarum, à Salsedine liberatur, vel Olei Olivarum falsedo extrahitur,  
optimè miscendò Ol. Olivarum, cum Aqua communi dulci, sinatur ut a-  
quofitas cum salsidine resideat.

Oleum Ompbacinum, est Oleum ex fructibus immaturis Oleæ expressum, vid.  
Oleum commune.

Oleum Palestinum, est Acetum. ♡. Germ. Essig/ Mart. Rul. & Johns.

Oleum de Palma, Germ. Palmen Ochl. Exprimitur s. a. ex fructibus arboris  
Neapolitanæ Palmæ.

Oleum Petræ, & petræum, Petroleum & Petroleum. Germ. Stein-Oel. Dicitur à qui-

- busdam Bitumen liquidum, & Axungia Macrocosmi, estque Liquamen pingue Macrocosmi liquidum, è petris & saxis effluens. In Italiae Regione Mutinensi stillat candidum & rufum. In Sicilia fontibus innat. Apud Mejanum Papum in Tractu Parmensi album est. Babylonicum autem in suo fonte flagrare dicitur, secus Italicum. vid. *Petrolæon*.
- Oleum Resine*, destillatur s. a. ex Resina abietina. Germ. *Hars* Oel.
- Oleum Sacchari simplex*, fit ex Sacch. Cand. & V. a. adurendo Spiritum s. a. ad Syrupi consistentiam. Germ. *Zucker* Oel. vid. quoque *Beguinus*.
- Oleum Sambuceleon*, i. e. de Sambuco. Germ. *Hollunder* Oel.
- Oleum Saturni*, destillatur ex Saccharo Saturni in Retorta per descensum  $\Delta$  ne cautissimo. Sign.  $\text{J}_o$ ,  $\text{J}_n$ ,  $\text{T}_j$ .
- Oleum Sulphuris*, sunt Nebulæ à Sulphure præcipitatæ. Sign.  $\text{P}$ ,  $\text{V}$ ,  $\text{F}$ .
- Oleum Sufinum*, i. e. de Liliis. Germ. *Lilien* Oel.
- Oleum Talcii*, seu *Talci*, per deliquium fit ex Talcii & Tartari per Nitrum calcinati a. partibus æqualibus S. S. S. in Crucibulo cementatis,  $\Delta$ nis vi & s. a. per deliq. parat. Germ. *Talcf*-Oehl. Plura apud Authores videntur. Sign.  $\text{S}$ ,  $\text{T}$ .
- Oleum Tartari Sennerti*, est ~~solidata~~ liquida. Sign.  $\text{P}$ ,  $\text{V}$ ,  $\text{V}$ ,  $\text{O}$ ,  $\text{F}$ ,  $\text{S}$ ,  $\text{U}$ ,  $\text{A}$ ,  $\text{A}$ ,  $\text{T}$ ,  $\Delta$ ,  $F$ .
- Oleum Terræ*, est pellucido rubicundum, odoris fortis, Petroleum æmulantis, sed gratioris. Ante paucos annos nobis ex India Orientali allatum est, ubi ex monte quodam effluere dicitur. *Lexic. Blancard.*
- Oleum Thasium*, *Ol. Metropium*, & *Oleum ex Nucibus Grecis*, est Oleum Amygdalarum. Germ. *Mandel*-Oehl. *Johnson*.
- Oleum Vitrioli*, quidam ex Vitriolo ad rubedinem calcinato vi  $\Delta$ is per Retortam s. a. destillant, quidam ex isto calcinato Vitriolo, additis Silicibus pulverisatis, & s. q. Spir. Vini mixtis, s. a. per Retortam destillant. vid. *Auth.* Sign.  $\text{P}$ ,  $\text{V}$ .
- Olfactorius*, idem quod Olfacitilis, dicitur de rebus odoratis, quæ odorem emitunt. vid. *Odorabilis*. *Lex. Brun.*
- Olibanum*, seu *Thus Adulterinum*, *Pseudo-Olibanum*. Germ. *Bastart* *Wenrauch* / oder *Herz Wenrauch*.
- Olibanum*, *Opolibanum*, *Libanotos*, sive *Thus Libanus*, sive *Libanum*, *Incensum*. Germ. *Incens* / oder *Wenrauch*. Thus arbuscula, cuiusdam Arboris in Arabia nascentis, Lachryma seu Resina duriuscula, obscurè pellucida, profluens ex Arbore Arabica, quæ, ut ajunt, Lentiscum appositè refert. Genera Thuris traduntur duo: Unum dicitur Olibanum, seu Thus masculum, quod ex albo flavescit limpidumque, pellucidum, pingue ac siccum est, in globulos rotundos singulos, aut Testiculorum figura geminos concretum, ideoq; masculi cognomen accepit. Alterum dicitur Fæmininum magis resinofum ac molle, & citè ardens, quod bonitate Masculo cedit. Ex Alexandria Ægypti copiosum ad nos defertur. Cortex etiam in usu est, debet esse crassus, pinguis odoratus, recens minimè scaber, vid. *L. C. Cortex Thuris*.
- Olibanum corticosum*, seu *Thus corticosum*. vid. *Cortices Thuris*.
- Olibanum electum*, *Thus masculum*, *Stragonias*, *Olibanum*, seu *Thus Testiculorum*. Germ. *Außerlesener Wenrauch*. Sunt illa Grana ex albedine citrina Thuris.
- Olibrum*, i. e. *Maiorana*. *Sylvat*.
- Oligophorus*, est Vinum tenuë, paucis Spiritibus gaudens.
- Olinthi*, sunt Ficus parvæ immaturæ. Germ. *Unzeitige Fenger*.
- Olivæ*, Germ. *Oliven* / vocatur Fructus Oleæ, ex quo fit Oleum, *Gal. lib. 2. de S. F. Cap. 7. & l. 2. de Al. fac. cap. 27.* Olivarum differentiam vid. etiam apud *Bruyer*. de *Re Cibar.* *L. II. cap. 36.* & vocantur Olivæ *Colymbades*, *Halmades*, *Olivæ Halipastæ*, *Halinoctiræ*, *Phtinopores* & *Nestres*.
- Olivitas*, idem quod *Pinguedo*, vid. *Oleitas*.
- Olla*, vid. *Chytra*, de modo Ollas parandi, vid. *Willis*, habentur quoq; in Pharmacopeis majores & minores, albæ nigricantes & virides Oleæ, pro Ele-  
ctuaris, Oleis & Unguentis.

*Oliu*

*Olus*, Germ. *Röhl. Kraut* / refertur inter Alimenta è Plantis desumta. vid. *Breyer.* de Re Cibar. lib. 8. Cap. 3. *Olus molle* dicitur Pulmentarium oleraceum, cùm substantiâ tum effectu molle ac tenerum, quod Ventrem subducit, *Rhod. ad Scribon.* n. 99.

*Olus agninum*, vid. *Plantago minor*. Germ. *Spätziger Wegerig*.

*Olus anserinum* *Gleporinum*, est *Sonchus*. Germ. *Sonchen Kraut*.

*Olus aureum*, *Chrysolachanum*, *Atriplex*, Germ. *Melten oder Misten*. vid. *Herb.*

*Olus Regium*, vid. *Arthemisia*. Germ. *Benfuss*.

*Oly*, dicitur Pinguedo Metallorum, supernatans menstruo illa solventi. *Mart.* *Rul. in Lexic.*

*Olympicos*, dicitur Collyrium magnâ simplicium turbâ constans, ut describit *Ægineta* l. 7. c. 16. Commendatur in Procidentia Oculi & omnibus Ulceribus lib. 1. cap. 22. notante *Gorreo*.

*Olympicus Spiritus*, est Astrum in Homine, quod effecit, ut Umbram de se præbeat. *Dorn. Mart. Rul. & Johns.*

*Olympos*, vocatur quoq; modo dictum Collyrium, ap. *Ægin. Test. Gorr.*

*Olynthus*, Ficum immaturam significat, sive Grossum. *Lex. Brun.*

*Olyra*, est Species Frumenti, de qua non conveniunt, an sit ipsa Zea, an verò ejus species. *Hesych* descripsit per speciem Seminis mediæ inter frumentum & hordeum naturæ, è *Gal. d. l. Gorr.* Latinè *Siligo* vocatur. *Lan-*  
*gius* ad *Zeam* refert lib. 1. Ep. 56.

*Omelysis*, Vocabulum est ambiguæ significationis. *Forst. Oec.* p. 691. seq. existimat, significari propriè Farinam hordeaceam crudam, ad differentiam Polentæ, quæ torretur. In lata verò significatione notare omnem Farinam crudam. Alii v. g. *Absyrtus* dicunt esse mixtionem quandam Seminis Fœnugræci, Hordei, & Lini Farinarum, æquali pondere. &c.

*Omentum*, Germ. *Ein Netz*. Reticulum, sive Intestinorum Operimentum, est Membrana duplicata, Intestinis instrata, pinguedine & vasis ad instar Retis Piscarii intertexta, Glandulis quoque duabus aut tribus dotata, Ventriculo, Colo & Pancreati annexa, ut Intestina calore suo foveat, utilis: habet Laetitia quædam vasa & Lymphatica, item Ductus & Sacculos adiposos perplures, de quibus vid. *Bartholini Anatomia reformata*.

*Omnia*, dicitur *Oculus*. Germ. *Ein Auge* / significat quoque *Visum*.

*Omnium ad Pondus*, sive: *ad Pondus omnium*, significat, quod ultimum præscriptum Medicamentum debeat pendere, quantum omnia illa superius præscripta simul. Ex. grat. 12. Corallorum rubr. Matris Perlarum, Oculi, Cancrorum aa. 3j. Sacchari albi ad Pondus omnium, nimirum 3ij. M. Notatur ita: ad p.o.

*Omolinon*, hoc est Linum crudum, quod ad ustionem faciendam utitur. *Hippoc.* lib. affec. &c.

*Omotarichos*, latè significat Salsamentum crudum, quo Carnes condiri solent. *Galen. lib. 5. de C. M. S. L. cap. 1.* strictè verò dicitur de Thynnorum salsamento, sive Carne Thynnorum Sale condita, de cuius virtute vid. *Dioscorid.*

*Omotion*, i. e. Castanea. Germ. *Kesten. Sylvat.*

*Omotribes*, Epitheton Olei ex Olivis immaturis expressi, q. d. Oleum crudum, hoc est acerbum, refrigerat & adstringit, *Galen. lib. 8. c. 3.*

*Omphacis*, vocatur cavum illud, ex quo Glandes Quernæ enascuntur, & Coriæ utuntur. *Ægineta* lib. 3. cap. 42. *Plin. Caliceum Glandium*, Recentiores Medici *Capulam* vocant.

*Omphacites*, est epitheton Vini acerbi, ex Uvis nondum planè maturis parati, quale peculiariter in Lesbo factum, legitur apud *Dioscorid. lib. 5. cap. 12.*

*Ompbacitis*, epitheton Gallæ parvæ tuberosæ, solidæ, in nullo foramine perviae, *Dioscorid. lib. 1. cap. 146.*

*Ompba-*

- Omphacium*, est Succus ex Uvis immaturis expressus. *Agresta* Officinis dicitur.  
Germ. *Agrest* / oder unzeitiger Trauben-Most.
- Omphacomeli*, Potionis conditæ genus ex Succo Uvæ acerbæ, & Melle. Respondet Syrupo de Agresta. Officin. Gorr. vid. Dispensatorium Augustanorum & Norimbergense.
- Omphalocarpon*, *Aspera Lappago*, *Asperugo Plinii & Dodon. Aparine*. germ. *Kleber-Kraut*. vid. Herbas.
- Onager*, dicitur *Anisus sylvestris*, vid. *Aldrov.* lib. 1. cap. 3.
- Onbetcora*, *Onbelcora*, est Cucurbita, *Johns. Lex.* 2. fol. 6.
- Onda*, vocatur Inventor omnium Medicamentorum, præsertim v. simplicium, *Paracels.* Præfat. in Libros Bertheoniae.
- Onis*, dicitur Stercus asininum, seu Firmus asinus. *Hipp. & Fæs.*
- Oniscos*, vid. *Asellus*, vel *Millepedes*, vel *Porcelliones*. &c.
- Onocardium*, est Carduus fullonum. Germ. *Weber-Carten* / vid. Herbas.
- Onocrotalus*, Latinè Pelicanus, est Avis Palmipes. vid. *Aldrov.*
- Ononis*, Germ. *Heu-Hedel*. vid. Rad. Ononidis.
- Onopterium minus*, est Ruta Muraria seu Parietum. Germ. *Mauer-Rauthen*. vid. Herbas.
- Onolosat*, *Onolosach*, *Onosai*, *Onoles*, sunt Nomina Ponderis, & est Obolus. *Matth. Sylvat.* p. 159.
- Onos*, est *Asellus*, *Millepedes*, *Porcellio*. Germ. *Keller-Esell*.
- Onyx*, Pharmaceutice significat Conchilii speciem, quæ Blatta Byzantia dicitur, vid. Blatta. *Mart. Rul.* pag. 354. *Onychis* 8. genera ponit. Prolixiorem Descriptionem hujus vid. apud *Chiocc. Mus.* & apud *Schræd.*
- Oon*, Latinè Ovum. Germ. *Ein En*. quid communiter sit, notum est. Nimirum est peculiaris Conceptus in Animalibus, præsertim volatilibus, è Testa, quæ & Cortex & Vestis Ovi vocatur *Keuch*. ad Sam. p. 205. membranis, albumine & vitello constans. Inter Ova, Gallinacea esse usitatissima ad victimum & Medicinam, patet ex *Galen.* lib. 3. de Alim. fac. Ovum aureum vernaculè vocatur *Antidotus*, seu *Electuarium de Ovo*, cujus Descriptio habetur in Dispensatoriis. *Spagyricis*, Ovum Philosophorum vocatur *Lapis benedictus*, seu *philosophicus*, Ovum Hermetis, quod *Oviformæ Philosophicis Operationibus inservit*. *Mart. Rul.* & *Johns.*
